

## Band V., Nr. 1531, Seite 297-298

*Die Äbtissin Mechthilde von Buchau bevrkundet, dass ihr Ministeriale Steinmar von Strahleck einen Hof und das Patronatrecht zu Siessen, einen Hof zu Celle und die Riedmühle, welche früher seinem Bruder Friederich, nunmehr aber ihm kraft Erbrechts zustanden, der Priorin und dem Konvent der Schwestern zu Saulgau überlassen habe, und verzichtet, gegen die Anerkennung der buchauischen Lehensherrlichkeit über einen Hof zu Hausen durch die beiden von Strahlegg, auf alle Ansprüche an die genannte Mühle.*

Biberach, 1259. April 9.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Nos Mechtildis permissione divina abbatissa ecclesie Buechaugensis universis hanc literam inspecturis notitiam subscriptorum. Quia omne quod accidere potest etsi non accidat prudenter timetur, modernorum ratione bona et discretione sana utentium mos est, ut ea, que geruntur in tempore, ne cum ipso labente labantur, scripturarum tenaci memorie commendentur. Tenore igitur presentium profite-mur, quod Steinmarus de Stralegg, ministerialis ecclesie nostre, bona quedam fratri suo Friderico, ministeriali etiam nostro, prius attinentia, sed postmodum ad ipsum quocunque casu iure hereditario devoluta, videlicet curiam in Suessen et ius patronatus ecclesie ibidem cum omnibus pertinentiis suis et omni iure, curiam Celle cum omnibus suis pertinentiis et omni iure et molendinum quod dicitur vulgariter Hiedmyli<sup>1</sup> cum omnibus pertinentiis suis et omni iure sub nomine Iudinth uxoris fratris sui Friderici predicti pro restau-ro dotis sue quam expenderat et pro solutione cuiusdam pecunie quam receperat ad instantiam et voluntatem eiusdem sepredicti Friderici fratris sui et Iudinth uxoris sue de bona voluntate nostra et per manum nostram, sicut debere et posse fieri coram domino de Rauenspurg etiam iudice nove pacis apud Bibrach, cum sederet pro tribunali, fuerat per diligentem disquisitionem sententialiter definitum, contulit priorisse et conventui sororum dictarum de Sulgoy libere possidenda. Quod postmodum etiam coram domino Eberhardo venerabili patre Constantiensi episcopo, cum inter eos videlicet Fridericum et Iudintham uxorem suam divortium celebraret, publice et unanimiter fuerunt confessi, propter cuius confessionis testimonium etiam sigillum dicti patris ad instantiam humilem huic litere est appensum. Et quia inter nos et dic-tos fratres Fridericum et Stainmarum de Stralegge super molendino predicto

<sup>1</sup>Riedmühle - das *Hiedmyli* ist sicherlich ein Schreibfehler -, heute Häberlesmühle, Bad Saulgau, SIG; vgl. OAB Saulgau, S. 208.

## II

et curia in Husin<sup>2</sup> lis iam longo tempore vertebatur, eo quod bona predicta iure prediorum se dicerent possidere, nos vero contradicentes fatebamur, tantum eis a nostra ecclesia feudorum nomine attinere, habito consilio dicti domini Heinrici de Rauenspurg tunc iudicis nove pacis, Mangoldi de Isowe<sup>3</sup> et aliorum quorundam litem totam decidimus in hunc modum, ut dum iidem sepedicti fratres ius nostrum, quod nobis competere diximus in predicta curia in Hausen, recognovissent et coram dicto iudice et aliis quam pluribus publice faterentur, videlicet quod ipsam curiam a nostra ecclesia nomine feudi detinerent, in predicto molendino libere cessimus liti sue. Veruntamen cum hec omnia, videlicet donatio, contractus et dicte nostre litis decisio in presentia dicti iudicis agebantur, visum fuit ipsis sororibus pro certitudine ampliori, si officium<sup>a</sup> iudicum nove pacis, quod ecce appensum est, cum humilitate et diligentia ab ipso predicto iudice postulari et cum eo presentem literam consignari. Acta sunt hec apud Bibrach, anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, quinto idus Aprilis, indictione secunda, presentibus fratre Rudolpho dicto de Villingen, fratre Iohanne de Rauenspurg, ordinis fratrum Predicatorum, domino Heinrico de Rauenspurg etiam iudice, domino Heinrico pincerna de Smalunegge, domino Heinrico camerario de Bienenburg bu[r]sario, Dieterico de Nuiuern<sup>4</sup>, Friderico de Stuben, Heinrico de Ruti<sup>5</sup> et Conrado fratre suo, Alberto de Pfaffenhofen militibus, Ludouico ministro de Bibrach, Mangoldo dicto de Isowe et aliis quam pluribus, qui tunc ibidem occasione nove pacis coram sepedicto domino Heinrico de Rauenspurg convenerunt. Ut autem hec omnia de voluntate nostra et nostro beneplacito consummata tam per nos quam per posteros nostros firina maneant et inconcussa, presentem schedulam sigillis videlicet nostro et conventus ecclesie nostre fecimus roborari, appensionem sigillorum domini Eberhardi venerabilis patris, Constantiensis episcopi, et iudicum nove pacis ad cautelam firmiorem tum ipsis et pro ipsis sororibus cum instantia postulantes.

---

<sup>a</sup>Die Worte *si officium* scheinen vom Abschreiber falsch gelesen für *sigillum*.

<sup>2</sup>Von den verschiedenen Hausen der Gegend ist es wohl am ehesten Bernhausen, Bad Saulgau, SIG, wo Buchau noch in späterer Zeit zehntberechtigt war.

<sup>3</sup>Vielleicht Eisighof, Langenenslingen, BC.

<sup>4</sup>Neufra, Riedlingen, BC, wenn nicht Neufrach, Salem, FN.

<sup>5</sup>Rüti oder Haslachburg, eine abgegangene Burg oberhalb von Altdorf (vgl. Beschreibung des Oberamts Ravensburg. Mit einer Karte des Oberamts, einer Ansicht von Ravensburg und vier Tabellen, hrsg. Von dem Königlichen statistisch-topographischen Bureau, Johann Daniel Georg von Memminger, Stuttgart u.a. 1836 (Beschreibungen des Kö, S. 158) oder Reute bei Fronhofen, Fronreute, RV, oder auch Reute, Bad Waldsee, RV.

### III

Nach einer unbeglaubigten Abschrift des 17. Jahrhunderts auf Papier. Im obigen Texte sind statt der *ae* der Abschrift die *e* wiederhergestellt.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

B 23 F Bü 3

**Überlieferung und Textkritik:**

Unbeglaubigte Abschrift des 17. Jh. Weitere Abschrift (17. Jh.): StA Sigmaringen Dep. 30/14 T 1 U 2.

**Regesten:**

Regesten Bischöfe Konstanz, Bd. 1, S. 226, Nr. 1991. Die Urkunden des Stifts Buchau. Regesten 819-1500, bearb. von Rudolf Seigel, Eugen Stemmler (+) und Bernhard Theil, Stuttgart 2008 (Inventare der nichtstaatlichen Archive in Baden-Württemberg, 35), Nr. 6.

## Weitere Angaben

**Überlieferungsart:**

Abschrift

**Beschreibstoff:**

Papier

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Biberach

**Ortsindex:**

Bad Buchau Wohnplatz (17062)

Bad Buchau, BC

Bad Saulgau SIG

Bad Saulgau Gemeinde (21286)

Bernhausen Wohnplatz (21287)

Bernhausen, Bad Saulgau, SIG

Biberach an der Riß Wohnplatz (17113)

Biberach an der Riß, BC  
Blitzenreute : Fronreute RV  
Blitzenreute Wohnplatz (20992)  
Celle Wüstung (24200)  
Celle, Bad Saulgau, SIG, W  
Eisighof Wohnplatz (17340)  
Eisighof, Langenenslingen, BC  
Haslachburg Wüstung (24132)  
Haslachburg, Weingarten, RV, W  
Häberlesmühle Wohnplatz (21302)  
Häberlesmühle, Bad Saulgau, SIG  
Konstanz Wohnplatz (14442)  
Konstanz, KN  
Neufra Wohnplatz (17485)  
Neufra, Riedlingen, BC  
Neufrach Wohnplatz (18250)  
Neufrach, Salem, FN  
Pfaffenhofener Mühle : Owingen FN  
Pfaffenhofener Mühle Wohnplatz (18203)  
Ravensburg Wohnplatz (20120)  
Ravensburg, RV  
Reute Wohnplatz (18875)  
Reute, Bad Waldsee, RV  
Reutestraße : Fronhofen, Fronreute RV  
Reutestraße Wohnplatz (21015)  
Schmalegg : Ravensburg RV  
Schmalegg Wohnplatz (20127)  
Sießen Wohnplatz (21328)  
Sießen, Bad Saulgau, SIG  
Stuben Wohnplatz (18647)  
Stuben, Altshausen, RV

Villingen Wohnplatz (13977)

Villingen, Villingen-Schwenningen, VS